HIERONYMUS
Klosterneuburg, 2. Hälfte 12. Jh. Seite 145r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=446
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



uitates iudee que deserte fuerant ⁊
destitute. ⁊ sua incredulitate suffosse.
nunc erecte & munite sunt in confes
sione. ⁊ in nomine dñi saluatoris. ita
ut omnis creatura cognoscat &
multitudines angelorum que terram
ambiunt israel. quod dñs dissipatas edi
ficauerit ciuitates & incultas plan
tauerit regiones. & quod pollicitus fuerit
per prophetas opere compleuerit. nec hoc
erit liberalitatis sue in populum quem sal
uauerit contentus munere sed mul
to maiora prestabit. Inueniet enim
a domo israel. qui multo tempore que
situs fuerat. & non inuentus. Et postquam
inuenerit eum. multiplicabit eos
sicut oues non brutorum animalium sed
oues hominum qui rationis confessio
nisque sunt pleni. sicut oues sanctas. & gre
gem hierusalem. in qua proprie dei cultus
& uisio pacis est in sollempnitatibus
eius. quando comedimus a hima sinceri
tatis & ueritatis & agni carnibus ues
cimur. & cruore potamur. & in sep
tem ebdomadibus & in tabernaculis
huius seculi dñi festa celebramus. ut ci
uitates quondam deserte plene fi
ant gregibus hominum & hac ratione
cognoscant quod ipse sit dñs qui cunc
ta prestiterit. Hec iuxta hystorie
ueritatem. immo iuxta prophetie fidem
quomodo populus israel restituatur in inte
grum statum. ⁊ reliquie populi iudeorum
apostolo paulo docente salue sint in a
postolis & in omnibus qui ex iudeis in princi
pio crediderunt. & usque hodie redeunt
ad ecclesiam breuiter dixisse sufficiat.
nec tropologie eadem breuitate api
endus est sensus. Quicumque de domo
israel est. & cernit pacem xpi que exu
perat omnem sensum. habitat in terra sua
ecclesia et in carnis hospicio quod ei a domino
traditum est. Sin autem polluerit utramque
terram in uiis suis pessimis & in mun
dicie mulieris menstruate fuerit
comparatus. effundit dominus indignationem
suam super eum pro sanguine et suo. et eorum
quos schandalizauerit. ⁊ effudit super
terram. & prauis cogitacionibus quibus
polluit eam. tunc dispergetur ingentes ut
incredulis coequetur. et uentilabitur in
terra instar palearum pecudum ut a frumento
ecclesie separetur & iudicetur secundum uias
suas. Quod si nec sic senserit peccatum
suum. sed polluerit nomen sanctum eius
dicent omnes inter quos habitauerit
ecce populus dei. ecce qui egressus est de terra
eius immo proiectus. Sin autem egerint pe
nitenciam. & sanctificatus fuero in me
dio eorum. tunc omnis gentium turba
cognoscet. quod ego eos tollam de terris
in quas dispersi erant. & reducam in terram
ecclesie. & effundam super illos nequaquam
aquas baptismi salutaris. sed aquas
doctrine & sermonis dei. & munda
bo illos ab omnibus inquinamentis
suis & ab uniuersis ydolis suis atque
que in suo corde simulauerant. Et da
bo inquit eis cor nouum quod per pecca
tum perdiderant. & spiritum rectum in no
uabo in cordibus eorum. & auferam cor
lapideum. cor uidelicet incredulum
& dabo carneum. molle. & tenerum
quod dei precepta suscipiat. ita ut ambu
lent in preceptis meis. & faciant iudi
cia que prius neglexerant. & habitent